

Christian Woldenberg Christophorus Türing

Disputatio Politica De Potestate Regia


Rostochi[i]: Richelius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730215210>

Druck Freier  Zugang



RU phil N 57.
Christian Wollenberg,
Christoph Tüxing



⁴⁶
I. N. D. N. J. C.

Disputatio Politica
DE
POTESTATE
REGIA,

N. XVII.
46

Quam

SENSU AMPLISSIMÆ FACULTATIS
PHILOSOPHICÆ IN ILLUSTRIO
CHIENSIUM ACADEMIA

PRÆSIDE

Clarissimo & Consultissimo

DN. CHRISTIANO WOLDENBER-
GIO, Crempâ Holsato, Phil. Mag. &
J. U. Licentiato,

Publico Eruditorum Examine ventilandam subjicit

CHRISTOPHORUS Türing/

Succus,

In Auditorio Majori, horis consuetis mense Octobr. d.



Regia, qui cupiet, quid sit de Jure Potestas,
Scire; theses nostras perlegat, atq; sciet.



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr. 1651.



Thesis I.

Regia potestas ex Jure Gentium descendit.

Exordium.

De Regiâ potestate disputaturi, necesse est, ut ab ultimis principis illam repetamus, præsertim cum cujusq; rei potissima pars principium sit. Nefas enim esse putat *Gajus Jctus*, *Justiniano* multum familiaris, *L. 1. ff. de O. J. omittis initiis*, atq; origine non repetitâ, illotis, ut dicitur, manibus, protinus materiam interpretationis tractare. Et alibi: Certe initio inspecto abs apparenti ad verâ pronuntianda adducimur. *arg. L. 3. §. 2. ff. de Minor. L. 11. ff. de divers. tempor. prescript. L. si tantum 12. ff. de Sc. Macedo*: Ex causis enim originalibus regulantur effectus, *Zaf. Consil. 14. n. 48. l. 1.* & ad primordium tituli formatur eventus. *Theodos. & Valent. Imp. in L. un. prope fin. C. de Impon. lucrat. descript. L. 9 §. fin. ff. de ignor. jur. l. 9. ff. Qui potior. in pign.* Quare operæ pretium mihi facturus visus sum, si monitu horum *Jctorum* ipsam regiâ potestatis originem diligenter investigarem, atq; hoc ipso summam ejus auctoritatem contra hambaliones, ceritos ac catamitos statuminarem. Ex Jure igitur Gentium Reges ortos esse, ex solo consensu eligentium, omni solennitate circumscriptâ, firmiter statuimus, cum prius Reges fuerint, quam Leges, *Bald. in L. ex hoc jure 5. in 1. Col. ff. de J. & J. Idem in tractat. schismat. quem posuit in Rubricâ C. si quis aliquem testar. prohib. in X. Col. Et L. 2. §. 1. & 14. ff. de O. J.* Initio Civitatis nostræ populus sine lege certâ, sine jure certo primum agere instituit: omniaq; manu à Regibus gubernabantur. Adde *Cic. lib. 3. de LL. Justin. in pr. Salust. in præfat. Catilin. ut & Salmas. in defens. Reg. p. 239. Abbas in c. Licet ex suscepto 10. de foro compet.* Et illi Reges regebant in puritate primâ, & solâ naturâ, & supremam habebant potestatem,

A 2

exclw

δεξιὰ ἀνομιῶν, ut dicit *Innoc. de Fid. Instrum.* & manu Regia i. e. arbitrio Regis gubernabantur. *Ubi ulterius referunt.* Principio Deum creasse cœlum & terram, & omnia, quæ in eis sunt, Angelicam & humanam naturam: spiritualia & temporalia, quæ per seipsum rexit, sicut factor suam rem gubernare solet, & homini, quem fecit, præcepta dedit, & transgredienti poenam imposuit per seipsum, i. e. Adæ & Evæ. *Gen. 3. v. 16. 17.* Qualiter etiam per seipsum Cain punivit & Lamech, & quosdam alios, legitur *Gen. c. 4.* Et sic Deus rexit Mundum per seipsum usque ad Noam. Et tempore Noæ cœpit DEUS creaturas suas regere per ministros: quorum primus fuit Noah, cui Dominus gubernationem Archæ, per quam Ecclesia indigitatur, dedit *Gen. 5. & 7.* Nam Noah & filiis Rectorem, & legem dedit, *Gen. 9.* ubi licet non legatur sacerdos fuisse, officium tamen sacerdotis exercuit statim post egressum Archæ, antequam leges populo daret, *Gen. 8.* Quod officium sacerdotis simul Abel & Cain primò fecerant. In hoc autem successerunt Patriarchæ, Reges, Judices, Sacerdotes, & alii, qui pro tempore fuerunt in regimine Judæorum, & duravit usque ad Christum, qui fuit naturalis Dominus, & Rex noster, de quo dicit Psalmista, Deus judicium tuum Regi da, *Pf. 72. Vide etiam Martin. Laudens. in tractat. de Principibus q. 1.* ubi demonstrat Principes esse ministros Dei in terris, & processisse ex divinâ dispositione, & per consequens de Jure Divino. Cui stipulatur *Salmasius in defens. Reg. c. 1. p. m. 26. 27.* Primus homo à Deo creatus est, & Rex ac Dominus super omnia ab illo creata constitutus. Inde origo Regum, regniq; regiminis petenda est. Hæc cum primo homine & solo novo cœpit, quoniam primùm parentem numerosus ex eo descendens natorum, & qui ex his nati sunt populus pro rege habuit & observavit, ut primum sui generis auctorem. Ad hoc instar Reges postea alios nihil pertinentes ad genus, stirpemq; & cognationem priorum, à Gentibus electos vel sumptos liquet, à quibus regerentur, & quos pro patribus colerent, qui & *Patria Patres* exinde nuncupati sunt. Adde *Gl. in L. 5. ff. de J. & F. vid. Bart. in verb. ulterius, ibi. Regna propter impunitam licentiam delinquendi condita fuerunt: & quod per Electiones quatuor Principalia regna seu Imperia extiterint: scilicet Orientale seu Babylonium, quod fuit sub Rege Nino.*

Item

Item Meridionale seu Macedonicum, quod fuit sub Rege Alexand.M.
Item Septentrionale seu Africanum, quod fuit apud Carthaginenses.
Item Occidentale seu Romanum, quod fuit in Cæsare & Augusto.
Alb. de Rosat. in d. L. & Paul de Castr. ibid. Vid. L. 17. ff. de Captiv. & postlim. Unde Bart. Alb. Salicetus. Angelus. Paul. de Castro & omnes Dd. in d. L. 5. concludunt, quod Regna sint de Jure Gentium. E. & Reges.

Non autem movet nos in contrarium primo, *L. 2. ff. de O. J.* ubi Magistratus sunt de Jure Civili introducti. Ille enim textus saltem loquitur de Magistratibus Romanis. Nec obstat, 2. Quod distinctiones particulares Jurisdictionum & Magistratum fuerint introductæ per Jus Civile *d. L. 2. §. 14. Resp. Jurisdictio simpliciter dicta, fuit inventa de Jure Gentium, & loquitur textus saltem de Magistratibus Populi Romani, text. vid. d. l. 5.* Ut verbo me expediam, concludo cum *Innoc. in d. c. licet ex suscepto de Foro compet.* Quod aut consideremus causam immediatam & primariam: & tunc Reges sunt de Jure Divino, & procedunt à Deo, cum ipse sit Rex Regum &c. aut consideremus causam mediatam, & tunc sunt de Jure Gentium. *Vid. Anton. Corsetum in tractat. de Pot. Reg. in summar. n. 1. 2. 3. Theodorum Graswinckel in Dissertat. de Jur. Maj. Cas. c. 1. p. 1. & seqq. usq. ad 9. Augustin. lib. V. de Civi Dei. c. 1. Lips. in mon. & exempl. Polit. mon. 1. c. 5.*

Thesis II.

Regiæ potestatis varia sunt apud utriusq;
lingvæ Scriptores encomia, tam apud sacros,
quam profanos.

Εξθεσις.

Regia potestas, sive Imperium in Republicâ summum, Græcis dicitur *Κύριον πολιτείας, αὐτοκρατία, κυρία δέχη, διέ αμῖς καὶ δέχη πολιτικῆ.* *Vid. Aristot. 3. Polit. c. 4.* Latinis dicitur etiam Majestas. Regia autem Potestas à Rege denominationem habet. Rex autem dicitur, quasi se & alios in virtutibus regens. *vid. text. in c. duo 7. causâ 12. q. 1. & derivatur à rego, regis, quasi se & alios in virtuti-*

bus regens, vel quia rectè regat, c. 2. *Dist. 3.* Hinc etiam est, quod
 Deus appelletur Rex, ut in *proe. Decretal. in pr.* & etiam Imperator
 interdum se appellet Regem, præsertim ante coronationem. *Jacob.*
Alvarot. in tit. Qui feud. dar. post. Imperator etiam dicitur Rex in *L.*
12. C. de LL. Quis tantæ superbix fastidio tumidus est, ut Regalem sen-
 sum contemnat? *L. 1. C. Ut nemo privatus* & incipit *Regia Majestatis.*
 Et Lex Regia fuit, quæ transtulit in Principem omne jus, *L. 1. ff. de*
constit. Princ. Nam primi magnates fuerunt Reges, *l. 2 §. 3. ff. de O. J.*
 Hinc quilibet Rex est Monarcha in regno suo, c. *scitote 2. causâ 6. q. 3. c.*
in apibus 41. caus. 7. q. 1. Alvarot. in d. c. 1. dicit, quod plus juris habeat
 Rex in regno, quam Imperator in Imperio. *Corset. p. 4. n. 9. Vid. Bar-*
batiam in tractatu de præstantia Regum & D. Thomam de Regim. Prin-
cip. Homerus dicit: Reges à Jove esse, hinc perpetuo ferme epithe-
 to eos vocat *Ἰεὺς βασιλεῖς, διοργεφῆς*, à Jove educatos. Progredi-
 mur ad sacra, ubi diversa summi Magistratus reperiuntur consignata
 nomina: Vocantur enim (1) Magistratus, *Sap. 6. & 10.* (2) Majestas,
2. Pet. 2. in Epist. Judæ. (3) Throni, *ad Coloss. 1.* (4) Superiores, *De*
berherren/ Sap. 6. (5) Dominatio, *Mich. 4. 1. Maccab. 15. ad Ephes. 1.*
ad Coloss. 1. 2. Pet. 2. in Epist. Jud. Syrac. 17. (6) Dii, *Exod. 22. Ps. 82.*
(7) Potentes, Gewaltige/ Gen. 6. & 10. Judic. 5. 2. Reg. 24. 1. Paralip. c.
1. 8. 27. 2. Paral. c. 17. & 32. Esdræ 7. Nehem. 2. Ecclesiast. c. 7. 9. 10. Je-
rem. c. 5. Ezech. 7. 23. Dan. c. 4. 5. Esaiæ 13. Michæ 7. Nahum 3. Sap. 6.
& c. 8. Judith. c. 5. Ecclesiast. 8. & 13. Luc. 22. Rom. 13. (8) Capita,
Haupter/ Exod. c. 18. Num. 1. Deuter. 1. & 28. Josue 24. 1. Sam. cap. 15.
Esræ 8. 1. Paralip. c. 8. 10. 27. & 28. 2. Paralip. c. 12. Nehem. cap. 10. & 11.
Jerem. c. 31. Habac. c. 14. Michæ 3. (9) Domini, *Gen. 27. 42. 44. 45.*
1. Sam. c. 25. 2. Paral. 23. Psal. 2. Prov. 29. Esaiæ c. 22. 29. 32. Jerem. 51.
Ezech. 19. 23. 38. Nahum. 3. 1. Maccab. 2. 16. (10) Pulchræ arbores,
Ezech. 31. Dan. 4. (11) Præsides Provinciarum, *Landesherren/ Esa. 16.*
(12) Magnates, Psal. 62. Baruch. c. 3. (13) Lumen populi, *2. Sam. 21.*
(14) Fulcra terræ, Grundfessen des Landes/ Psal. 82, Habac. 3. (15) Judi-
ces populi, Gen. 49. & c. (16) Patres Patriæ, *Genes. 41. Ecclesiast. 44.*
(17) Heroes magnanimi, 2. Sam. 1. 23. 1. Paralip. 12. 1. Maccab. c. 3. & 9.
(18) Vigiles, Ps. 127. in Cant. cantic. c. 3. (19) Ministri Dei, *ad Rom. 13.*
(20) Salvatores, Jud. 3. (21) Præfeci seu vicarii Dei in terris, *Sap. 6.*
 22. Impe

(22) Imperator, *Matth. 22. Marc. 12. Luc. 2. 3. 20. 23. Joh. 19. Act. A-
post. 17. 25. 26.* (23) Reges, *Gen. 17. 26. 35. 36. 40. 49. Exod. 1. 14. Num.
20. 24. Josue 2. 8. 9. 10. 12. Judic. 9. 17. 18. 1. Sam. 8. 12. 20. 24. 26.* Plura
si quis cupit, consulat *Lauterbachium im Regentenbuch | Gregor. Tholo-
san. de nomine Regis, in lib. 6. de Republ. c. 8. p. m. 314. 315.* Reges
Danorum dicti sunt Skyoldungi propter virtutem & probitatem re-
gis. Skyoldi, qui fuit Lotheri Danorum Regis filius, *Saxo Grammat.
lib. 1. in princ. & Crantz. lib. 1. Dan. cap. 5. Vid. libellum de Epithetis
Laurentij de Aquileia.*

Th. III.

Regia potestas est summum in Regno jus,
nulli nisi soli Deo obnoxium. Dicitur alio no-
mine Majestas, quæ est summa in cives ac
subditos, legibusq; soluta potestas.

Εκθεσις.

Vocabulum potestatis est *πολύσημον*, sæpe enim potentiam &
vires significat, quibus resistere non possis. An verò & illum, qui
aliquid agit, quod non licet, aut pravum est, cui tamen resistere non
licet alij cuidam, dicemus potestatem habere, & ex potestate agere?
A. Sic & jus reddere dicitur prætor, cum iniq; decerint. *L. 11. ff. de
7. & 7.* Convertuntur hæc simpliciter. Majestatem habere, summam
& legibus solutam potestatem, superiorem non recognoscere. Un-
de fit ut omnis Regulus, omnis Respublica, quæ alii non est subiecta,
propriissimè loquendo habeat Majestatem & jura eidem annexa, non
minus quàm Imperator Romanus, aut alius quivis Regum potenti-
ssimus. *Vide Sutholt. Dissertatio. de Jurisdic. Thes. 20. & seqq.*
Dicitur summum in Regno jus, quia aliud supra se non habet.
Quo respexit Otades Persa in Oratione apud Herodotum. Monarchi-
cum statum esse, cui licet impune facere, quod lubet. *Μοναρχίαν
ἢ ἐξ ἑστίν ἀσυλευθύνω ποιεῖν τὸ βέλγηται.* Philippus dixit, Regem cum
homo sit mortalis, ἐξ ἑστὶν ἰσθθεῖον, id est, potestatem Divinæ pa-
rem accepisse. *Diotogenes Pythagoreus in lib. de regno scripsit: Ut se
Deus habet ad mundum universum: ita Regem se habere ad Rempu-
blicam,*

blicam, cui præest. Quod & confirmat *Ephantes Pythagoricus* di-
cens: *ὡς ἀρχία*, quæ regit seipſam, & regitur à nemine, Dei primum
eſſe propriam, deinde & Regis. *Vide Salmaſ.* pluribus hæc perſequentē
in *Def. Reg. p. m. 234. 235.* quem ſine cauſâ unus ex *Abydocomis Miltoni-*
us ſugillat. Civilis prudentiæ ſecundum *Ariſt. 6. Eth. c. 8.* pars alia eſt,
ὡς δεξιτεκτονικὴ φρονησις νομοθετικὴ, quæ docet modum ferenda-
rum & conſtituendarum legum, alia *ὡς τὰ καθ' ἑκάστη*, quæ, com-
muni nomine contracto, civilis inſpecie appellatur, & ancillatur
priori iſti, exequendo ea, quæ à legibus præcipiuntur, circa ſingula
judicando, decernendo, deliberando, & in ſingulis membris
Rempublicam ſecundum leges adminiſtrando, unde & in duo mem-
bra abit *βουλευτικὴ* & *δικαστικὴ*. Prudentia *δεξιτεκτονικὴ*, eſt pe-
nes regiam poteſtatem, & totum corpus civitatis reſpiciens, quaſi i-
pſius navis optima gubernatrix, ſedet in puppi clavum tenens, & præ-
cipit per leges quid agendum ſit. *Vid. Acciaial. ſup. d. c. 8.* Egregiam
Regiæ poteſtatis per Herilem & patriam adumbrationem. *Vid. apud*
Theodor. Graſwinck. c. 3. p. 14. 15. 16. 17. Salmaſ. p. 315. 316. 317. Ariſt. lib.
5. Eth. c. 12. 1. Polit. c. 12. Conring. de ſumma pot. ſub th. II. §. ſeqq. Qvan-
do poteſtis dicitur nulli obnoxia, eò collimat, ut omnem externam
ſive directivam illam, ſive coercitivam vim, ab ipſâ atq; illius naturâ,
conditione ac ſtatu procul habeat. *Graſwinck. c. 4. p. 18.* Cum ergo
dicitur, quod ſit, ponitur quid in ſe perfectum, utpote quod in ſe ſtet
ac ſubſiſtat, quod ſe ipſum abſolvat, ac determinet, quod deniqve i-
pſum ſit, ſeq; impleat, totum ſui. Ergo nihil aliud de Majestate, qua
Majestate, i. e. de poteſtate Regia, ſeu abſolutâ, prædicari poteſt va-
lentius, quàm id ipſum quod ſit. Quid verò ſit Regia poteſtas, quid
poſſit, quanta ſit illius dignitas, tam ex eis eluceat, quæ in ipſam non
cadunt (qvalia ſunt: alterius ope non egere, in altero tanquam in ſub-
jecto ſuo non ſubſiſtere, regi à nullo exteriore, nulli juri aut vi age-
re obnoxiam, nulli ſe ferre precariam) quàm quæ cadunt; qvalia ſunt
regimen in omnia, pro jure ſuo, & quæ his ſunt conſimilia. Quæ e-
nim ad tempus, ſcilicet ſemestre, *L. 2 §. 18. ff. de O. J. dictaturæ ſume-*
bantur, ut ut abſolutâ poteſtate præditæ, depoſito propiores erant, &
ponendi legibus ſubmiſſæ. Quod in univerſo Deus, in corpore a-
nima, id in regno regia poteſtas eſt. Hic ſuperiorem non habet,
item nec illa: hic liberè agit, parem non agnoſcit, eadem de regiâ
poteſta-

potestate rectè dicuntur; Ut secundum Poëtam de Deo rectius sensus est:

Istum nempe ire per omnes

Ternasq; tractusq; maris, cælumq; profundum.

Ut secundum nonnullorum dogma tota anima est in toto corpore, tota in singulis partibus. Itidem & Majestas in sibi subdita, in omnia se infert, influit, se figit, ac solido stat. Ens individuum quid est: individuum quid Majestas, eoq; nec dividi potest. Rectè summum Imperium coronæ comparatur, atq; illius imagine pingi solitum. Est ea utriusq; natura, ut parte omisâ, etiam substantiam omitteret. Quo facit illud vulgatum *Στέφανον μὴ δρέπεσθαι*. Coronam ne carpseris.

Thesis IV.

Quinq; Aristoteles Regni species enumerat, lib. 3. Polit. c. 14. quarum quintam Regiæ potestati consentaneam esse, statuimus.

Εκθεσις.

Postquam in ipsam Regiæ potestatis sedem devenimus, ordine ipsum caput, quantum fieri potest examinabimus, ea, quæ instituto nostro inserviunt, studiosè eruentes. In antecessum autem notamus, ex Aristot. lib. 3. Polit. c. 6. § 10. quod Respublicæ dividantur in πέντε ὀρθὰς, καὶ πέντε ἡμαρτημένους καὶ παρεκβάσεις τῶ ὀρθῶν πολιτειῶν. Singularum autem tres sunt species, uti patet ex c. 7. d. lib. αὐτοῦ κε δὲ εἶναι κρείον ἢ ἓνα, ἢ ὀλίγους, ἢ ὅσους πολλούς, Vid. lib. 8. Eth. ad Nicom. c. 12. ubi additur: Τέτων τῶ βελτίστημὴν ἢ βασιλείαν: i. e. Harum formarum regnum est optima. Hujus igitur species lustrandæ veniunt in d. c. 14. Φαμέν δὲ τῶ ὀρθῶν πολιτειῶν μίαν εἶναι καί τις. Hanc enim Reipubl. administrandæ formam in rectis numerandam esse dicimus. Priusquam autem regiæ potestatis species enarrat, quaestio nem hanc format: Σκεπτόμεν, πόσων Συμφερέ τῆ μεγάλας καὶ ὡς οὐκ ἔστι δὲ καὶ πόλις καὶ χώρα, βασιλεύειν, ἢ ὅς, ἀλλ' ἄλλη τις πολιτεία μάλλον. ἢ ποῖ μὲν Συμφερέ, ποῖ δὲ τὸ Συμφερέ. Adquam quaestio-

B

nem

nem ipse, c. 10. lib. 3. Pol. respondet, b. m. Ένα τ̄ Γραδαυτ̄ων ἀρχην
 βέλιον, in predicto a. c. 14. nihil concludit, sed prius utrum eorum
 genus unum sit, an plura genera diversa, considerat. Quod autem
 expediat unum regem habere, quam plures, prolixè persequitur An-
 zo. Corset. in d. tr. p. 5. n. 1. 2. 3. ubi etiam allegat Aristot. lib. 12. Meta-
 phys. c. 10. inf. Necessè est republicæ per unum consuli. L. 2. § II. ff.
 de O. J. Multitudo enim dissentiens sibi ipsi onerosa est & nil habet
 honesti. Nov. 10. in præfat. Salom. Prov. II. Ubi non est guberna-
 tor, populus corruct. Item Ezechia 37. legitur. Servus meus Da-
 vid, rexerit super eos, & pastor erit unus omnium illorum. Hæc
 de illâ quæst. sufficiant. Pergit in d. c. Aristoteles: ράδιον δὴ τὴ πρῶ-
 κταίαι. βέν, ὅτι πλείωτε γρη̄ ωδὲ χη̄, καὶ τ̄ δὲ χη̄, οὐ γέωα. Ἐστὶν ἄρα
 εἰς πᾶσων. Hinc ad primam se accingit speciem: Ἡ ἐν τῇ Λακω-
 νικῇ πολιτεία δοκεῖ μὲν εἶναι βασιλεία μάλις τ̄ κτ̄ νόμον. Ἐστὶ ἢ
 κυρία πάντων, i. e. republicæ administrandæ forma, quæ utuntur
 Lacedæmonii, videtur illa quidem esse regnam maxime regnorum e-
 orum, quæ legitima sunt: verum penes regem non est summa rerum
 omnium potestas, sed ubi extra fines Lacedæmonios prodierit, Dux
 & Princeps est eorum, quæ ad bellum pertinent. Necis potestatem
 non habet, nisi in quodam regno: quemadmodum apud antiquos in
 bellicis expeditionibus, lege ea, quæ est in manibus (ἐν χειρὶ νόμος
 Συστρεφί) & armis posita. Quod declarat Homerus, exemplo Aga-
 memnonis. Hoc igitur unum regni genus est, Imperium belli per
 totam vitam στρατηγία Δε βία. Τῶτων δὲ αἰ μὲρ, κατὰ γῆσιν εἰσὶν,
 αἰ δὲ αἰρεταί. Horum alia sunt hæreditaria & quasi gentilia (ut in
 Belgio Princeps Uraniensis) alia optiva. (2) Παρὰ πύτων δὲ ἄλλο
 μὲν αρχίας εἰδῶ, οὐαὶ παρ' ἐνὶ οἰς εἰσὶ βασιλεία τ̄ βαρβάρων, id est,
 Aliud est præter hoc Monarchiæ genus, cuiusmodi regna sunt apud
 nonnullos Barbaros. (3) Ἐπειρὶ δὲ ὅπερ ὡ ἐν τῷ δὲ χη̄ οἰς ἔλλη-
 σιν, ἔς καλῶσιν Ἀσιουμνήτας. Aliud porro est, quod apud præcos
 Cræcos vigeat, quos Æsymnetas appellant. (4) Τέταρτον δὲ εἰ-
 δῶ μὲν αρχίας βασιλικῆς, αἰ κτ̄ ἄσιν Ἡρωικὸς γένος εἰς οἰαί, π̄
 καὶ πᾶσαι γιγνώμεται κτ̄ νόμον. Quartum genus monarchiæ rega-
 lis, com-

lis, complectitur illas, quæ temporibus Heroicis floruerunt, quibus populi sponte suâ parebant, quæque erant avitæ, & patriæ, & legitima. Horum quidam erant, jurati, alii injurati: jusjurandum erat sceptri sublatio: ὅρκον ἢ ἰσχυρὰ ἐπὶ τῶν ἐπιπέδων. (5) Πέμπτον δὲ εἶδος βασιλείας, ὅταν ἡ πάντων κύριος εἰς ἓν ὡς ἅπαντες ἔθνος, πῶς ἐκείνη, τὴν κωνίων, πᾶσι μὲν καὶ τῶν οἰκονομικῶν. ὡς ἅπαντες ἢ ἡ οἰκονομικῆ βασιλεία πῶς οἰκίας ἐστίν, ἢ τῶς ἢ βασιλεία πῶς ἢ ἔθνος ἐνός, ἢ πᾶσι ὡς οἰκονομίας. Quintum autem regni genus est, cum penes unum omnium rerum est potestas (quemadmodum una quæque gens, & unaquæque civitas, Reipublicæ compos & Domina est) quod regnum rei familiaris administrandæ rationem descriptione & ordine imitetur. Quemadmodum enim rei familiaris tuendæ procuratio, regnum quoddam domus est: sic regnum, civitatis & gentis unius, aut plurimum tuendarum atque administrandarum ratio est. Hæc quinta species, totam regni potestatis naturam exhaurit; hæc est quæ ipsi vocatur: Παμβασιλεία, in quâ καὶ τῶν αὐτῶν βῆλησιν πᾶσι καὶ πᾶσι. Is ab eo propriè vocatur βασιλεύς, Aristot. 3. Politic. 16. adde etiam c. 6. d. lib. Adde pro explicatione harum specierum P. Victor. Joachim. Camer. Giphon. Scherbiuum, Piccartum ad d. c. 14. l. 3. ut & Cl. Salmaf. in Def. Reg. à p. m. 394. usq; ad 409. Mart. Borrbaum.

Theſ. V.

Regia potestas est supra leges; iisq; soluta.

Ex his.

Notum est, quod Romani Imp. receperint nomen Græcum ἀυτοκράτορας, quod potestatem legibus nullis obnoxiam denotat, πῶς δὲ ἄλλωσιν τὴν ἀυτοκράτορας ἑξῆς, ad demonstrandam absolutam suam, summamq; & independentem, ut ita loquar, potestatem. Hinc Dio Cassius l. 53. λέλωσιν τῶσιν τοῦτων νόμων, ὡς αὐτῶν τῶν Λατίνων ῥήματα λέγῃ, τῶσιν ἐλευθεροῖσι τὸ πᾶσι ἀναγκασίας νομισίας εἰσι, καὶ τὸ δὲ τὴν πᾶσι μὲν ἐνέχον. Proinde illis est licitum non solum καὶ τῶν νόμων imperare sed etiam τὴν νόμων ἀρχῆσιν, i. e. supra leges esse, teste Plutar. Huc faciunt ea, quæ eleganter à Justiniano in eandem

B 2

dem

dem rem dicta sunt in *Nov. 105. c. 2.* ἡγε γὰρ αὐτῶν ὁ θεὸς τῶν νόμων
καταθέτων, νόμων αὐτῶν ἐπιφορῶν καὶ ἀπεφῶς ἀδελφότητος, i. e. Cui
& ipsas leges Deus subiecit, legem animatam mittens hominibus. In
Jure hujus quaestionis: An Princeps sit solutus Legibus, sedes est in
L. Princeps 71 ff. de LL. Princeps legibus solutus est. Id ergo regia
potestas efficit, ut omnibus legibus positivis seu scriptis superior sit
Princeps, non item ut Naturae bellum indicere, aut divinis iustioni-
bus obsequium denegare possit. *Vid. Pet. de Analo de Imper. Rom. lib.*
2. c. 17. Hic autem ante omnia explicandum, quid voce legum in-
telligamus. Plato legem facit quadruplicem Divinam, Caelestem,
Naturalem & humanam. Thomas & ceteri Theologoscholastici
item quatuor legis species faciunt: Aeternam, Naturalem, Huma-
nam & Divinam, *Dom. Sor. lib. 1. q. 3. art. 1.* Alii duas tantum legis
species considerant; Naturalem & Humanam, *Alb. Bolognet. de leg.*
jur. & equit. Ang. Matthea. de via & rat. jur. lib. 1. c. 22. Lex idem
nobis est quod jus seu iustum, quod nihil aliud est, quam aequitas illa,
quae in temporariis rebus constituitur, aut à rerum ipsa natura, aut à
lege positivà. Duplex itaque est nobis omne jus naturale & legiti-
mum, *Aristot. 5. Eth. c. 12.* Uruntur enim cives & iusto eo, quod na-
tura menti humanae iadidit, & eo, quod est positum lege, ait *D.*
Thom. in d. c. Vid. Sutholt. in d. Dissert. p. m. 16. 17. Deinde expli-
canda est in hac quaestione phrasia ista: solutum esse. Aut enim signi-
ficat, non coërceri legibus, aut non agnoscere legem actionum sua-
rum normam. Posteriori significato dico, Principem esse solutum
omnibus legibus, etiam naturalibus, quia nemo est, qui in hac terrà
Principem coërcere, aut cogere possit: cum nemo sit eo superior,
neque per rerum naturam fieri possit, ut se quis ipsus cogat, violenta
siquidem actio principium requirit externum, *3. Eth. 1. Vid. Scip. Ami-
nat. lib. V. Discurs. 4. in Tac.* Deinde bifariam etiam considerantur,
qui habent potestatem absolutam; ratione Dei, & ratione subdito-
rum. *Vid. Theodor. Graswinck. in d. tract. c. 6. p. 35. & seqq.*

Si leges summas potestates suis nexibus attingant, opus est, eas
aut à superiore latas, aut à subditis, aut ab aliquo, cui aequale jus est ac
potentia. Atque superiorem Majestas non agnoscit. E. non à supe-
riore: Ut vero subditi, quibus obsequii gloria relicta est, superiori
legem

legem ferant, sana ratio negat. Ut nequæ æqualem ferat, quod summum est: esset enim ipsum æquale summum. Duo autem summa dari non possunt. Vide Arnise. in Polit. lib. 1. c. 11 p. 211. L. 13. §. 4. ff. ad SC. Trebell. Crüger. Diss. Pol. V. Th. 5. Sutholt. d. Dissert. Th. 49. Bachov. ad Treut. Vol. 1. diss. 1. Th. 6. Lit. A. & B. Majestas est αὐτονομία & gaudet αὐτονομία. D. Athanas. in Orat. contr. Idol. inquit: Ut multitudo Deorum nullitas est Deorum, ita quoque necesse est, multitudinem Principum efficere, ut nullus Princeps esse videatur.

Interea Valens Forsterus, qui 78 annum ingressus, scripsit de Jurisdictione Romanâ, putat hanc legem 31. ff. de LL. abrogatam per Alexandri Severi essatum in L. ex imperfecto 3. C. de testam. Licet enim lex imperii solennibus juris Imperatorem solverit: nihil tamen tam proprium Imperii est, quàm legibus vivere. & in L. 4. C. de LL. Digna vox est majestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri. Verum illa quæ adducitur à Forstero l. 3. tota est politica, & ad πολιτικὴν strategemata s. νόμια referenda, & agit de officio Regis, non de potestate, & d. l. 4. Legibus alligari, vivere secundum leges, cum Majestatis naturâ non pugnat, sed subjici, sed obligari vinculo juris. Habent & hoc prædictæ ll. quod se non ad præceptum sed exemplum conforment. Huc etiam referunt illud Ulp. in l. 9. ff. de LL. Non ambigitur Senatum Jus facere posse. Quomodo autem hoc fiat, monstrant illa Justiniani, qui non uno post Alexandrû sæculo vixit in L. humanum manum. 8. C. d. LL. Scitote, inquit, Patres Conscripti non aliter legem in posterum à nostrâ clementiâ promulgandam, nisi supra dicta forma fuerit observata. Adde L. 1. §. 9. C. de LL. L. 1. ff. de Constit. Princ. L. 3. C. de Episcop. audient. L. 2. de offic. ejus cui mand. est Jurisd. Politicas rationes, quibus planum fit, Regem solutum esse legibus videbimus in ipso textu Aristot. lib. 3. polit. c. 13. quibus adde Gulielm. Bude. in suis ad Pandectas notis d. l. 31. ff. de LL.

Th. VI.

Regia potestas est supra populum; Item Regia potestas est ἀνεπίθετος i. e. non potest à populo judicari.

Quod primum concernit Th. nostræ membrum: Regiam potestatem esse supra populum, facile apparet ex Ep. ad Rom. c. 13. v. 1. Deum voluisse Regem esse supra populum. Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερέχουσιν ὑποτάσσεται· ἡ γὰρ ἐστὶν ἐξουσία ἐκ μὴ ὄντος Θεοῦ. Αἱ δὲ ἔσται ἐξουσία, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ γὰρ ἐστὶν. Confit, nullum superesse contra nitendi rationem, quacunqve spectandam se ac noscendam præbet voluntas Dei. Hæc dum omnibus potior est, firmiter stat fundamentum volentis Dei. Is ubi se velle ostendit, ilico justissimum est omne quod vult, vel hoc ipso quod vult. Voluit autem Deus Regem superiorem populo esse in humanæ societatis commune bonum, quæ nequicquam absqve hoc ad bene beateq; vivendum contendat. Hinc est quod Reges suo nomine Deos vocet; & quia tales, indigiter, etiam omnes, nullo excepto, filios Excelsi. Evidens quoque in illo dictæ nobis voluntatis testimonium, quod eosdem Unctos suos appellarit. Quæ quidem multis, & non revincendis argumentis probant, voluisse Deum, quovis modo, ut esset Rex supra populum, & quidem promiscue, nullo Rege seorsim habendo. Vid. Grav. c. 7. p. 56. 57. & seqq. Adde c. 45. Esaiæ. Sic ait Dominus Uncto suo Cyro, cujus proprium nomen, teste Joseph. lib. 2. Antiq. fuit Spaco &c. Tertullianus ad Scapulam: Reges in solius Dei potestate sunt, à quo sunt secundi, post quem primi, ante omnes & super omnes Deos & homines. Videatur integrum c. 8. lib. 1. Samuelis, quod omnia Regis jura comprehendit. Quid præterea vult illa toties iterata, toties geminata dictio super aliud, quàm ut indicet voluntatem enixam, & non laxandi revellendive beneplaciti perpetem constantiam? Exprimit autem tota illius vis atqve efficacia, quod non sit inter Regem & populum mutuus imperandi a. parendi ordo sed quod obsequii gloria populo relicta, Imperium in omnia sit penes unum Regem.

Nec hic volumus personas Ecclesiasticas ab illa subjectione esse exceptas. Ita enim Leo I. suâ ad Leonem Augustum epistolâ: si principum nihil interest rerum sacrarum, cur de Negotiis Ecclesiasticis in Codice, in Novellis tot Augustæ leges atqve constitutiones, tot in nostris, & in omnium Christianorum annalibus edicta Regia, tot denique

niqve Senatusconsulta? Mosen Aaroni Deus constituit Deus, unde patet, velle se à summis potestatibus Ecclesiasticis & regi & defendi. Cum enim Regem indefinite atqve universaliter præposuit Deus, etiam indefinitam atqve universalem ab eo reddendam sibi rationem administratorum fore demonstravit. Eleganter hoc ipsum adumbrat *Bernhardus in d. c. 13. ad Rom.* Si omnis anima, & vestra: quis vos exceperit ab universitate? Si quis tentat excipere, tentat decipere. Apostolus ad ipsum Cæsarem provocavit. Petrus dicit: *Ἐπορεύθητε ἐν πείσῃ ἀποθροῦν καὶ πύξῃ*, quo cum consentiunt *Tertullianus Cyprianus, Arnobius, Theodoretus, Theophylactus, Iustinus, Minutius Felix in Orlav. Adde c. cum non. 10. Extra de Indic.*

Uti omittamus cætera, inspiciamus saltem Codicem Justinianum, ubi apparet Valentin. Valent. & Gratianum A. A. A. antistitem, qui sanctitatem Baptismatis illicita geminatione usurpaverit, sacerdotio indignum censuisse. *L. 1. C. Ne Sanct. Baptis. reiter. Adde tit. de Episc. audient.* Evidentissimum testimonium est, non alio subjectionis gradu Ecclesiasticos habitos fuisse, quam cæteros subditos, quod pari multa utriqve provocantes à causâ præparatoriâ, non lædente causam principalem afficiantur. Textus est de Laicis aut secularibus *in L. ab executione. 9. C. Quor. appellat non recip. de Clericis sive Ecclesiasticis in L. si Clericus. 2. C. de Episc. audient.* ubi idem textus totidem verbis, quod & in meis numeris juridicis observavi, repetitur. Si Clericus ante definitivam sententiam frustratorie dilationis causa ad appellationis auxilium convolaverit, multam 50. librarum auri, quam contra hujusmodi appellatores sanctio generalis imponit, cogatur perfolvere. Quod Ecclesia adhuc tempore Justiniani fuerit sub Potestate Imperatoris, elucet ex *Nov. 3. 5. 6. 16. 37. 58. 67. 83. 117. 123. 133. 137. 149. Vide Waerm. ab Ekrenberg de oner. subdito.*

Ulterius dicitur in Th. nostra, quod Rex sit ἀκράτης, contra *Marianam in suo tractat. de Instit. Princ. c. 9. §. 11. ut* & contra Sophistas hodiernos, & rebelles populos, Rex enim nulli nisi Deo actuam suorum rationem reddere tenetur. Nam si is, qui Rex est ac dicitur, postulari possit apud aliam potestatem, eam omnino regiâ majorem esse oporteret, sed nulla talis est, vel cogitari potest, nisi stultè, & ab illis, qui ἀπίσταλα ἐργα fabricantur. *Vid. Salmas. proluxè hac persequentem in D. Def. Reg. c. 6. p. 276. 277. & seqq. Rex parem in suo regno.*

non

non habet, nec superiorem. Sensus quippe communis hoc docet ac
dicat, non posse judicari vel condemnari majorem à minori, superi-
orem ab inferiore. Quis igitur ex subditis de Rege judicabit, qui Im-
perium in omnes habet, & in quem nemo? Ideo Romanus populus
post exactos Reges, cum Magistratum creari placuisset, qui summam
haberet potestatem, & regiae proximam, sed annuam non perpetuam,
duos constituit Consules, non unum, ut nim, si unus prodicionis reus
factus esset, aut in alio graviore crimine deprehensus, coerceri à Col-
lègâ posset. *Idem c. 7. p. 325. 330. 331. & seqq. ubi simul puerilia & futi-
lia Miltonij considerem.* Nullâ igitur ratione fas liberumve est populo,
quam Principi debet obedientiam temerare, nedum violare. *Gravw.
d. tr. c. 9. p. 106.* Pro monstro planè est ac portentoso, ut Rex in regno
suo cogatur causam capitis dicere coram iudicibus, qui jurisdictio-
nem nullam per se habent, nullamq; judicandi & animadvertendi po-
testatem, quam non ab ipso acceperint. Idem juris est in Regibus qui
eliguntur, in Electivo enim regno eadem omnia sunt quae in heredi-
tario præter successionem. Quare sibi nemo persvadeat electos re-
ges à populo judicari posse. *Tb. VII.*

Regia potestas tanta est, ut populus teneatur Regi
etiam in leges peccanti, debitam obedientiam exhibere.

Καθεστῶς.

Falsissimum igitur est, quod populus habeat electum destituen-
dis facultatem, cessat enim quanta quanta fuit, toto sexasse collata in
electum.

Non moramur illorum sententiam, qui dicunt, quod populi sit
Regem eligere, eoque & populo potestas sit eum quem elegerit, desti-
tuendi, si sic abutatur ille sua potestate, ut omnino negari non possit,
populum iustas habere causas, cur eum destituant. Sed hoc est falsissi-
mum. Deinde aliud ejusdem fere farinae ex eadem pharetrâ telum
depromunt, nempe: Quoddam esse foedus inter Deum & populum
& Regem, cui standum sit & ni Rex steterit, nullis amplius obligatio-
num vinculis ei populum teneri. Verum Resp. hoc est commen-
tum plane Diabolicum: neque enim aut usquam, aut unquam ex Deo
fuit ista populi ab obligatione sua liberatio, quam nullus unquam mor-
taliū astruet ex sacris scripturis. Foedus intercedere planum est,
vid, *1. Sam. 8.* Sitimentes Domini colueritis eum, & auscultaveritis

voci

voci eius, neq; rebellaveritis præstituto Domini, utiq; permanebitis
tùm vos, tum etiam Rex ipse, qui regnat super vos, sequentes Domi-
num Deum vestrum; sed si non auscultaveritis voci Domini, & re-
bellaveritis Domini præstituto, utiq; erit manus Domini contra
vos, ut contra parentes vestros. E. tenentur & Rex & populus Deo
obedire, & populus Regi, *Grasw. p. 128.* Quid obedientiæ nexui in-
tercedit cum illo pacto commune? Nihil, vid. *cap. postrem. Concilij To-
tan.* quod allegat *Grasw. p. 146. 147. 148. 149.* Audent etiam ad ill.
convolare, & inde causæ suæ patrocinium quærere, *1. Ex L. 2. §. 24. ff.
d. O. J. & lb. Bald.* Quod possit quis cogi ad renuntiandum, & indi-
gnatur ille, cui non fit iustitia. Et quando usurpantes statum truci-
dantur, civitas recipit statum. Nam malus Rex Tyrannus sit. Item
unusquisq; potest propriam salutem tueri. *L. 3. ff. de J. & J.* Pro-
pterea à quo removetur effectus nominis, debet removeri ipsum no-
men & dignitas. Nam reatus omnem honorem excludit *L. 1. C. lib.
Senat. vel Clar. c. 8. caus. 33. q. 2. & lb. Gl.* colligit, quem privari no-
mine ratione criminis, juxta illud: Si re priveris nec nomen habere
mereris. *arg. L. 4. C. de Ferijs.* Et quod Rex & quilibet Dominus
possit expelli per populum propter suum debitum *L. 2. §. 3. ff. de O. J.*
Hanc sententiam in totum elevat *Bald. in L. 5. verb. secundo
quer. ff. de J. & J.* Quod subditi non possint juri superioris dero-
gare. *C. 19. X. de jurejur. C. ne Roman. 2. de Elect. in Clem. c. 4. Dist. 21. C. cum
Inferior. 16. X. de Major. & Obed.* Unde quamvis de facto expellant,
tamen superior non amittit dignitatem suam, *L. 4. C. si serv. export.
juncta Gl. in verb. de præd. est lb. Bald. quem etiam vid. in L. 2. in §.
Col. C. de serv. & Aq. ubi dicit: Absit quod rebellio subditorum pri-
vet possessione superiorem. Bald. & Salic. in d. l. 4. dicunt: Esse
execrabile, quando servi volunt potestatem in Dominum exercere,
& hæc puto vera in vero Rege, Adde *Corset. p. 1. n. 12.* Et quando
alius accipit dominium contra voluntatem Regis, vel Principis, ille
Tyrannus est. Nam usurpatoria dominia vocantur Tyrannides,
subsume jam, quales sint illi 48. Alastores & Antartæ Anglicani, vid.
*Hugo Grot. de J. B. ac Pac. l. 1. c. 3. n. 8. ubi quadam huc facientia alle-
gavit.**

Thesis VII.

Regia potestas, seu Majestas dividitur in Realem sive Regni, & personalem.

Εκθεσις.

Realem rursum duplici modo considerant, 1. Quo sine re-
gno constitui non possit, sed in eo ipso insit ac permaneat, unde nec
avelli extra exitium magis possit, quàm vita ipsa ab homine. 2. Quo
regno quidem ipsi adhæret, sed sic tamen, ut quæcumq; ipsum regnũ
persona obtineat, eam comitetur, etsi nullo personali, sed uno, eoq;
perpetuo regni jure, unde neq; extinguatur cum ipsa personâ. Ve-
rius autem est, Majestatem, sive regni illa est, sive Regis esse unam, &
discernenda enim est res ipsa à modo rei habendæ. Realis ergo illa
Majestas non minus aut naturalis est aut Divina, quàm personalis. Etsi
enim scribit Philosophus *l. 8. Eth. φύσις δὲ δεχικὴν παθητικῶν, καὶ ἀπο-
ροιοιέγγων, καὶ βασιλεὺς βασιλευργῶν*; tamen omne est Impe-
rium à Naturâ, non regni minus, quàm Regis. Est etiam eadem Ma-
jestas divina ratione ordinis, quorsum illud referas: Rex non est in
locustis, & tamen ordine omnes procedunt. Et naturalis & divina
est ratione finis, qui ubiq; idem, summum scilicet bonum politicum,
& totius, atq; ejus partium perennis, quantum datur, conservatio.
Hanc non delibant interregna, non discordiæ, non fatales Imperiis
mutationes, dumne totum regnum, subvertant, aut evertant. Ipsa
est regni, basis, ipsa fulcrum. Totius Imperii jus sic in hac Majestate
consistit, ut de ipsa rectè dici possit, quod sit communis totius Rei-
publicæ sponso. In tantum quidem, ut vel ipso etiam regno major
esse non obscure videatur, cum quæ absolutè summa hic potestas est,
in fundamentalibus regni legibus, earumq; conservatione, observan-
tiâ, & executione tota consistat, leges autem illæ sacrosanctæ sint, ut
ne quidem ab ipso regno in præjudicium posteriorum tolli possint.
Si autem Regem super omnia constitui contingit, nullo reservato
jure, protinus illa Reális Majestas evanuit, ac decessit: non item si sub
conditione.

Thesis

Thesis IX.

Realis & personalis Majestatis inter se est communio, & differentia.

ΕΛΘΕΙΝ.

Quæ sit Majestatis Realis cum Personali communio, videri potest ex juramento, quod dividitur in juramentum, quod præstatur à Rege, penes quem absolutâ summa potestas residet, & juramentum, quod à Rege fundamentalibus regni legibus alligato præstatur, *Vid. Græw. c. 12.* Apud omnes receptum est *Tullij*: nullum vinculum ad adstringendam fidem juramento arctius esse. Hinc fit, ut nullus, sive nascendi sorte, sive per suffragia admoveatur ad regnum, sive absolute futurus rerum Dominus, sive regni legibus alligandus, quin adstringat se juramento solenni. Causas quatuor, quare hoc fiat, *Vid. in d. c. p. 162. 163.* Ad subditos si convertimur, dant iis gloriam obsequii, liberrati proximam, dummodo apud se prudenter revolvant, etiam ut Deo, ita & pio Regi servire esse libertatem. Videamus & quæ sint diversa: quæ bifariam considerantur, tam ratione originis, quam ratione Effectus, qui sit ab una parte effectus ipsius juramenti; ab alterâ Principem ac subditos concernat. Originem quod attinet, procul dubio, id ipsum, quod Rex absolute summus juret, magis esse consilii, quam stricti alicujus mandati, aut præcepti. Contra vero ubi regni legibus astringendus quis Regno admoveatur, non esse id tam consilii, quam præcepti. Hoc juramentum ponit jam Regem constitutum, ubi personalis Majestas est, non enim jurat, nisi cum Rex est, & quia Rex. Diversum est in Reali, in qua tantum abest ut pro Epimerro reputari possit, ut ne quidem præstari valeat, nisi à Rege constituendo, ac qua, & quatenus Rex esse velit, quique similiter, & absque hoc nunquam sit regno potiturus; eo autem præstito à subditis statim rex agnoscendus.

Effectus, qui Juramentum spectat, diversitatem utriusque inducit. In personali Majestate juramentum nihil aliud est, quam pura, ac pura fidei præstatio, per quam Rex fidem jurejurando facit, à se, quantum in se erit, quam religiosissime præstiturum hæc & illa, quæ jurat.

jurat. Regni legibus alligatus Rex, eadem fide, neq; minori religio-
ne pollicetur, se præstiturum, sed addito, ni præstet, merito poenæ,
quod à personali Majestate est remotum. Quæ subditos ac Princi-
pem ipsum spectant, in quibus differant, 1. Si quod nascendi sorte,
ac jure succedendi, atq; ordine rex habuit jus, illud per se stat, neque
enim illud, quod habet in regno (cum Jētis loquor) suitatis jus, per
juramentum nanciscitur, aut adeptum sibi servat. Illum ergo, quod
apud *Herodianum* Caracalla gloriatur, excipit nascentem purpura,
& idem, qui hominem videt sol, intuetur Regem. Sed in regno, cui
legēs suæ fundamentales sunt, nullum omnino Regi jus est, nisi præ-
stito in antecessum jurejurando. 2. Prior soli Deo obnoxius agit,
eoq; vinculum illud juramenti nequaquam eum in foro fori astringit:
secundus & Deo se per juramentum obstringit, & subditis suis,
quibus ex eo juramento quæsitum jus.

3. Summus non tenetur exacte juramentum servare, si supre-
ma Lex ita exigat: secundus habet normam, ad quam se componat.
Sin & prior ille rationem subditis à se factorum reddere velit, & cur
à juramento sibi recedendum indicarit, declarare, & audire eum sub-
diti tenentur, agentem pro jure suo, audire ut nullæ coactivæ directio-
ni ob non præstitum à se juramentum subjacenti. Quod in secundo
verum non magis est, quam si in scholis disputantem quis admitten-
dum diceret, qui neget principia. 4. Absolutè Summus Rex, Deo,
unde ei in omnia regimen, juramentum hoc magis præstat, quam
subditis: alter autem & Deo jurat, & simul iis, quibus cum Imperio
præfaturus est. Hujus autem juramenti effectus nullus est futurus,
nisi obligationem aliquam pariat. Et quidem ipsum juramentum per
se obligationis satis est, cum habeat Deum testem & vindicem, unde
apud *Tragicum*:

Fidem alligavit jurejurando suam

Si pejerarit, timere nil gravius potest.

Obligatio autem ex juramento subditos aut Regem spectat: u-
trumque diversè, aut diverso respectu. In regno, quod absolutum
summum Regis Imperium agnoscit, non attenditur an populus ju-
ret, nec ne: neque enim ibi juramentum ullius obedientiæ est vin-
culum, hanc enim absque juramento debet, & si non præstat, ex debi-
to por-

to potest cogi: Quod jurat eò tendit, ut Deum habeat testem ac vindicem. Regis vero intuitu, seu juratus populus, s. non juratus res novet, turbet, Imperium excutiat, nihil refert, ex æquo noxius est. At in regio, ubi Regem ipsum sibi alligatum habent leges illius fundamentales, nequaquam pura aut absoluta est, sed conditionalis subditorum obligatio. Ipsum nomen contractus evincit, quem Græc. *συνάλλαγμα* dixerunt, *συνάλλαγμα* idem est, quod contrahere, quod sive deducas à *συν* & *ἀλλάγω*, ut significet vicissim, & reciproce agere, sive à *συν* & *ἀλλάττω* mutuo, ut concordem & simultaneam in unum mutationem demonstret, parum refert, manet ipsa res, nimirum: convenire dicuntur, qui ex diversis locis in unum quendam colliguntur. *L. 1. §. 3. ff. de pact.* Ita & qui ex diversis animi motibus in unum consentiunt, alter alterum trahant pertrahantq; in assensum sui, sic & in unam sententiam decurrant, ex quo statim obligatio exoriatur, atque ex obligatione jus, seu remedium juris, id quod sibi debeatur persequendi. Usque adeo contractum obligatio determinat, ut non aliè sit contrahentium finis, quam ut mutua obligatio introducatur. *Ulp.* definit contractum esse ultro citroq; obligationem. *L. 19. ff. de V. S. Theoph. J. Pamph.* Contractum esse duorum pluriumve conventionem & consensum, ad constituendam obligationem, & ut alter alteri fiat obnoxius. *§. fin. J. de Oblig.* Hoc verò in casu potenti- or etiam ac major obligatio est Regis, quam Regni, cum sit propriè regnum, quod stipuletur, quod legem contractui dicat, Rex verò obligetur ex promissione, quæ stipulationi respondeat: sic ut stipulantis obligatio, propriè non videatur, sed permittentis tantum; quanquam, si verum amamus, verus hic sit contractus, vera obligatio, ut verus est etiam in mutuo contractus, ubi tamen unus est duntaxat Debendi reus. Non admittit ultro citroq; obligationis contractus clausulam: cum volueris, aut si volueris, hanc si habet, inutilis est, & ut dicunt Jcti. claudicat. Ipsi jurejurando, etiam inest clausula: Ex certâ scientiâ: Item: si non valeat ut ago, valeat ut valere potest. Quicquid ergo contra hunc contractum designare, quicquid contra hoc juramentum statuere pro Imperio Rex velit, tantundem erit, ac si mandati fines excedat, ac supra aut præter Jurisdictionem jus dicat. *L. 20. ff. de Jurisdic. vid. c. 33. X. de jurejur. Corset. p. 3. n. 63. Vide Ar- nise. lib. 1. c. 11. p. 213.*

Thesis

Regiam potestatem insignia, & Regiæ virtutes maxime exornant.

Εξήγησις.

Huc spectat annulus, qui signat fidem. *c. nostrates. 3. causa 30. q. 5.* Item armilla, quæ est ornamentum manuum, significans bonam operationem de quâ *Ezech. 16. Sceptrum, quod signat Justitiam. c. 14. Dist. 16. & c. 23. causâ. 23. q. V. Gladius, qui signat vindictam. ad Rom 13. & c. 27. dist. caus.* Purpura de qua in *c. Constantinus 14. Dist. 96.* Diadema est, quod fit de auro & lapidibus pretiosis. Cujus ineptam *Corsetus* affert derivationem, componitur, dicit à *Διά*, quod est duo, & *δέμο*, demis. Ex sui enim rotunditate principium demit & finem. Descendit autem à Græco *Διάδῆω* i. e. corono, cingo. *p. 4. n. 1.* Proprie dicitur corona Regia, & differt à sereno, quod fit de floribus insertis, & à corona, quæ dicitur circulus capitis de quolibet metallo. *Gloss. in Clem. un. in versu: Diadem. De jurejur.*

Virtutes Regiæ vel sunt in intellectu, vel in appetitu: In Intellectu Sapientia, Prudentia; In Appetitu, vel erga se Foritudo, Temperantia, ad quam pertinet, Castitas, Sobrietas, in Cibo moderatio Liberalitas, Mansuetudo, vel erga alios: Candor, Justitia, ad quam pertinet Æquum bonum? *Ἐπιάνεια* enim est *Ἐπιανόρθωμα τῶν νομίμων δικαίων ἢ παραλείπει ὁ νομοθέτης Διὸς τὸ καθεστῶς.* Imprimis autem Probitas requiritur secundum *Domin. de sancto Gemin. in c. grandi. 2. de supplend. neglig. prelat. in 6to. Plura vid. apud Corset. p. 3. n. 7. 8. q. 10. Martin. Laud. in tract. de Princ.*

Præterea officium Regum est, deprimere malos, & exaltare bonos. *c. Regum. 23. caus. 23. q. V.* Defendere oppressos, & viduas & pupillos. Furta & crimina à Rege sunt cohibenda, impii de terrâ perdendi, parricidæ & perjuri non sinendi vivere super terram. *c. 30. d. caus.* Nec debet Rex filios suos sinere impiè agere. *ib.* Et regia potestas & sacerdotalis autoritas definiat, quæ ad divinam confessionem pertinent. *c. 21. ib. Vide Agapetum aphor. 27. & per tot.*

Thesis

Thesis XI.

Rex potest facere leges in regno suo. *Bart. in L. 1. in vers. idem in Regibus ff. Quod quisq. jur. C. Quo jure 1. Dist. 8. A Deo enim habet potestatem, Legis condendæ. Nec obst. Sjed quod Principi 6. f. de J. N. G. & C. Ubi Princeps habet potestatem legis condendæ à populo. Ref. Illud quidem verum instrumentaliter, auctoritative tamen à Deo. Ad Rom. c. 13. c. constitutio. 4. Dist. 2. ubi Constitutio vel Edictum est, quod tantum Rex, vel Imperator constituit, vel edicit, L. fin. & ib. Gl. C. de LL. Corset. p. 4. n. 12. Vi- de Aristot. lib. 4. Polit. c. 11. 12. 13. 14.*

Thesis XII.

Rex habet Jus exigendi Gabellas, seu Vectigal. *Bart. in L. si publicanus 4. § 2. ff. de public. & vectigal. Pone, quod aliqua collecta imposta sit civibus, necessitate urgente, quâ cessante cessare debet collecta. Quod notandum contra Principes, imponentes gravamina subditis tempore necessitatis, quâ cessante ipsa gravamina tollere non curant, vid. c. quod pro necessitate 41. caus. 1. q. 1. Et talia vectigalia possunt tuto fraudari à subditis, secund. Bart. in L. 10. pr. ff. d. t. Aristot. lib. 4. Pol. c. 10. in fin. De aliis Regum regalibus alio loco.*

Thesis XIII.

Rex aliter servit Deo ut homo, & aliter ut Rex.

Thesis XIV.

Factum majoris partis majorum regni, censetur factum, ab omnibus de regno. *Vid. L. 2. § 1. C. de Jurei. propter calum. L. jure civili, 24. ff. de conditi & demonstrat. l. 19. ff. ad Municipal. L. 45. C. de Decurio.*

Th. XV.

Si duo nascuntur Regi in eodem instanti filii, nec apparet ordo nascendi, neuter erit Rex, *arg. L. si duas 6. ff. de Excusat. L. si quis in gravi, 3. § 14. ff. ad Sc. Silan. L. 8. § 3. ff. de leg. 2. L. Arcusa, 15. ff. de stat. hom. vel utriq. erunt, L. Divi fratres 17. ff. de jur. Patron. & ita Bald. in L. 5. ff. de J. & J.*

D

Thesis

Thesis XVI.

Regis nomen debet apponi instrumento.

Thesis XVII.

Regis sententia potest probari per scripturam ejus sigillo roboratam, quando est lata pro ipso Rege,

Thesis XVIII.

A Regum sententiâ non potest appellari. *L. 1. ff. de Offic. Praef. Praetor. Corset. part. 3. n. 18. & seqq. Vid Barbatiam in tract. de praesentia Regum.*

Thesis XIX.

Filius Regis patre rege superstitie dicitur Rex. *Gl. in C. fin. causa 24. q. 1. in verb. Rex juvenis, Corset. p. 3. n. 25.*

Thesis XX.

Regis filius dicitur is, qui natus est antequam pater esset Rex.

Thesis XXI.

Uxor Regis mortui rectè appellatur Regina, *Corset. p. 3. n. 48. & seqq.*

Thesis XXII.

Rex debet uxorem suam Reginam, vocare Dominam. *Corset. par. 3. n. 54. per L. uxorem. 41 pr. ibi Peto à te Domina uxor. ff. de leg. 3. ubi maritus appellat uxorem Dominam, et L. Titia. 19. § Domina sanctissima ff. de ann. leg. & in L. 10. § 3. ff. eod. L. medico. 40. § 1. Sempronia Domina mea ff. de aur. & arg. leg. L. 3. C. de Quadrien. praescript.*

Thesis XXIII.

Rex potest sine peccato Judæos & Saracenos expellere de regno suo. Negant nonnulli, 1. per *L. nullus 14. C. de Judæis l. 6. C. de Pagan. c. porro. 14. causa. 16. q. 3. cap. 2. causa 23. q. 7. Nec Papa debet eis bona auferre, sed tolerare. c. qui sine ratio 3. Dist. 45. c. infideles 17. caus. 23. q. 4. 2. Principes & reges pacificos infideles, de suis terris absq; legitimâ causâ non debent expellere. Hoc fundatur in præcepto Naturæ. Quod tibi non vis fieri, alteri non feceris. 3. Inducitur, *c. noli in fin. 3. caus. 23. q. 1. & c. prodic. 4. q. V. d.**

Adde

caus. Adde Corset. p. 5. n. 11. 12. 13. 14. 15. 16. Nos autem affirmamus. Licet enim privata persona eis non debeat molestiam inferre: tamen Princeps seu Rex potest: quod servi facti sint nobis per Christi mortem. *c. est Judæos 13. & c. consuluit 7. X. de Judæ: & sic Princeps, qui est eorum Dominus, potest eos vendere: E. multo magis expellere. arg. L. 1. & 2. C. si serv. export. ven. 2. per c. sicut Judæi 9. X. de Judæ 3. Judæi & Saraceni sustentantur ex pietate & gratia, c. 13. X. de Judæ, c. si Ecclesi 42. causa 23. q. 4.*

Thesis XXIV.

Reges seu Principes Christiani sine peccato possunt ad sui defensionem auxilio infidelium uti, *Corset. p. 5. n. 37.* usq; 41. modo id fiat contra infideles.

Thesis XXV.

Soli verbo Regis, seu Reginae, credendum est. Propter excellentiam dignitatis soli verbo suo statur, *c. nobilissimus 3. Dist. 98. Clem. lueris de probat.* maximè quando attestatur de facto suo bene ei credendum est, *L. quæri 58. in fin. ff. de Ædil. Edict. Vid. Anton. Panormita. lib. 1. de dict. & fact. Alph. aphor. 58.* Tantum valere debet ad fidem Principum verbum, quantum privatorum hominum jusjurandum.

Thesis XXVI.

Serenissima ac Illustrissima Regina, potest cognoscere de causis. judicare & ferre sententiam, *Corset. p. 5. n. 58 59.*

Thesis XXVII.

Rex alienans terras regni sui, potest venire contra alienationem suam, & revocare, sicut posset successor suus. *Idem p. 5. n. 60. & seqq.*

Thesis XXVIII.

Quælibet provincie possunt sibi eligere Regem.

Thesis XXIX.

Rex potest de rebus regni donare aliqua. *Corset. p. 1. n.*

14. 15.

Thesis XXX.

Rex donans castellum, videtur donare Jurisdictionem

nem quam habet. Hinc si Rex Hispaniæ, Rex Hungariæ, Rex Galliarum, Rex Daniæ, mihi quandam civitatem daret, in quâ haberet Jurisdictionem limitato modo, puta bassam jurisdictionem tantum illam solam Jurisdictionem mihi donare videtur, præsertim quia in Principe semper intelligitur clausula: Salvo jure alterius. *arg. L. Ex facto. 43 ff. de Vulga. substit.*

Thesis XXXI.

Rex autoritate regiâ potest etiam donare filiis non emancipatis.

Thesis XXXII.

In regnis succeditur ordine genituræ.

Thesis XXXIII.

Quid si statutum vel consuetudo dictet, ut primogenitus in regno succedat, & moriatur Rex, relicto primogenito penitus tuto à naturâ, & alio filio secundo genito habili, an primogenitus debeat succedere. *Dist. cum Corset. p. 2. n. 8.*

Thesis XXXIV.

Omnes Reges non ununtur, sed quatuor saltem de jure scilicet, Hierosolymitanus, Gallus, Anglus, & Siculus. *p. 2. n. 16. 17.*

Thesis XXXV.

Regi pupillo potest dari tutor, & demum curator completâ ætate puerili. *p. 3. n. 2. Corset. Vid. L. 1. C. de Tut. & Cur. Illustris. vel Claris. person. & ib. Gl.*

F I N I S.

Præses ad Dn. Respondentem.

Frendant atq; fremant, distortis oribus astent
Sannis instructi, proscindant dente carnino
Progressus, vitam, mores, tua facta sugillant;

Non cures, pungant, rodant; sed discere debent:

An nescis longas Regibus esse manus?

Macte istoc studio tunc Regia, crede, potestas

Efferet hos certo, qui Regia jura tuentur.

☞) * (☞

caus. Adde Corset. p. 5. n. 11. 12. 13. 14. 15. 16. Nos aut
Licet enim privata persona eis non debeat molestari
Princeps seu Rex potest: quod servi facti sint nobis p
c. nisi Judæos 13. & c. consuluit 7. X. de Judæ: & sic
eorum Dominus, potest eos vendere: E. multo mag
L. 1. & 2. C. si serv. export. ven. 2. per c. sicut Judæ
3. Judæi & Saraceni sustentantur ex pietate & gratia
de, c. si Ecclesi 42. causa 23. q. 4.

Thesis XXIV.

Reges seu Principes Christiani sine pe
ad sui defensionem auxilio infidelium uti, C
usq; 41. modo id fiat contra infideles.

Thesis XXV.

Soli verbo Regis, seu Reginae, credend
pter excellentiam dignitatis soli verbo suo statur,
Dist. 98. Clem. licetis de probat. maxime quando attel
bene ei credendum est, *L. quæri 58. in fin. ff. de EA*
Anon. Panormita. lib. 1. de dict. & fact. Alph. aph
valere debet ad fidem Principum verbum, quantum
minum jusjurandum.

Thesis XXVI.

Serenissima ac Illustrissima Regina, po
re de causis, judicare & ferre sententiam, Cor

Thesis XXVII.

Rex alienans terras regni sui, potest
alienationem suam, & revocare, sicut posse
us, *Idem p. 5. n. 60. & seqq.*

Thesis XXVIII.

Quælibet provinciæ possunt sibi elige

Thesis XXIX.

Rex potest de rebus regni donare aliqu
14. 15.

Thesis XXX.

Rex donans castellum, videtur dona

